

B. 209.

49
20

AD
GRATULATIONEM SOLEMNEM
VIRO MAGNIFICO
IOHANNI AUGUSTO
THEOPHILO KISLING
CONSULI REGENTI AC COMITI PALAT.
CÆSAREO &c.
ATQUE
SENATUI AMPLISSIMO
&
GRAUISSIMO
DIE XI. OCTOBRIS MDCCCIIL.
HORA IX ANTEMERIDIANA
L. C.
PIE HABENDAM
FAUTORES AC PATRONOS
GYMNASII
OMNI QUA PAR EST OBSERUANTIA

INVITAT
M. AUG. FRID. GUIL. RUDOLPH.
G. D.

ZITTAUIÆ, LITERIS FRANKIANIS,

GIA

GRANUSSIO
DE OCTOBR. MDCCCLXII
HAB. IN AUSTRIA
I.C.

P a n t . X V .

Explanata docti hominis vi et professione, (P. XIII.) eiusque officio per partes descripto, (P. XIV.) statim ad ea potissimum accedere, quae doctrinae studiosi in scholis discere debent. Sed ne quoddam doctorum hominum genus, quo facile aut adeo rectius careant negotia publica, vnde informasse: de usu scientiae et de facultate iudicandi ad quemque usum necessaria nonnulla adiicienda fuerunt.

Eorum igitur, qui scientiam suam non ad consumendum otium, sed ad negotia gerenda, transferunt, duo potissimum genera cogitanti occurunt. *Alii* enim in scientia et cogitatione, tanquam in materia, quam tractant, versantur; *alii* in rebus corporeis ad viuendum necessariis vel utilibus. Vtrique generi scientia praest, ad quam sua quisque negotia componat; *illi* tamen ad scientiae normam scientiam tractant et e scientia decreta et praecepta elicunt, querorum auctores existant aliis; *hi* res suas et actiones ad scientiae formulas componunt, auctoratemque illorum sequuntur et sequi debent. Accepterunt, Deum timendum, amandum, colendum esse maxime vitae honestate et probitate; accepterunt, quibus limitibus ius suum circumscribatur, quid ipsis liceat e legibus, quid interdictum sit, quid praescriptum; accepterunt medicinam

dicinam et formulam, quae usum indicat remediorum; haec igitur omnia, quae a peritis acceperunt, amplectuntur et sequuntur, nec disputant, quam vere et utiliter quidque praecipiatur, sed eo cogitationem suam et studium conuentunt, ut pracepta et decreta peritorum recte intelligent iisque rite obtinent. Hoc igitur genus hominum, necesse non est, suo Marte iudicare posse de ea scientia, quam agend, sequuntur, dummodo prudentum auctoritati diligenter pareant; quamquam nemo cordatorum negabit, *optandum* iis esse, ut istam iudicandi facultatem adipiscantur; id enim, quem honestius est et magis consentaneum hominis excellentiae, tum ad usum est tutius et ad ambiguos causus temporumque discrimina utilius. Homines enim excellentioris indolis, abundantes otio et opibus, et si sunt a doctrinae studiis alieni, tamen legunt multa ac varia, periclitantur ipsis cogitando, suo iudicio magis quam peritorum auctoritati obtemperant, ac tali modo in gravissimos errores incident. Quia tamen multas ob causas fieri non potest, ut omnes homines istam iudicandi facultatem et virtutem consequantur, sapientissimo consilio a maioribus institutum est, ut sint in hominum societate quam plurimi ista virtute instructi; quod ita factum est, ut illud genus hominum, quod in scientia, tanquam in materia sua, versatur, rebus publicis admoueretur ac publicorum consiliorum auctoritatem consequeretur.

Eorum autem, qui scientiam et res sola mente comprehensas tractant, rursus est bipartitum genus. *Alii* enim praceptorum et magistri sunt doctrinae et literarum, quorum opera in eo versatur, ut alios ad doctrinam et iudicii subtilitatem adspirantes scientiae copiis instruant, et ad iudicandi facultatem adducant; quibus unus finis prae caeteris est propositus, ut quam doctissimi familiares ipsorum euadant; qui denique in scholis literariis quomodo cunque appellatis colloquuntur, differunt, disputant. *Alii* in communi vita versantur, qui auctores sententiarum et actionum existant ciuibus suis; qui unum finem prae ceteris spectant, ut ciues sui de rebus grauissimis verissima et optima quaque teneant, ut iustitia et aequitate hominum societas continetur, ut sanitas ciuium conseruetur et restituatur; denique, ut omnibus, quoad eius fieri possit, mens sana sit in corpore sano. *Ilos* doctrinae professores si docerem iudicandi facultate de scientia humana instructos esse oportere, abuti viderer lectorum patientia; nec innotuit mihi quisquam, qui literarum doctores indoctos esse posse certis et planis verbis perhibuerit. Sed hos, qui ciuium salutem profitentur, a doctrinae elegantia et subtilitate auertere nonnulli student, vt,

et, quam prudenter periteque id fiat, quaerendum sit. Sed longa disputatione paucis hoc loco defungi possum. Etenim, quod hoc loco afferendum est, religionis doctores, iuris peritos et ministros, medicos, caeterosque eius generis, ita instructos esse oportere, ut de sua arte quisque suo Marte recte iudicare possit, id fortasse ne illi quidem negant, et si ita loquuntur et suadeant, quasi id negent, ac ea studia tollant, sine quibus nemo ad eam facultatem, quam requiro, pervenire potest. Veruntamen, quum satis ingenios sint bonarum literarum aduersarii, ac non modo verborum copia abundant, verum etiam, ubicunque vsum est, distinctionum et definitionum spinas expromant; caudum est, ne verum discrimen artis et disciplinae ad popularem vsum tractatae, eiusdemque doctorum vibus destinatae, quod a doctis vitam communem regentibus in administratione et negotiis diligentissime seruandum est, id discrimen ad eorum institutionem transferant, statuantque, religionis velut doctorem de rebus et decretis ad religionem pertine tibus iudicare posse oportere, de rebus theologicis nihil necesse esse. Etenim argutiae haec sunt, quas proferre nemo potest, qui scientiae humanae indolem perspexit, et ad doctam hanc intelligentiam adiuvare iudicii prudentiam solet. Is enim facile videt, hoc rerum natura sua coniunctissimarum discrimen, quum mente et cogitatione constitutum sit, nec ad ipsam naturae coniunctionem, nec ad eas quaestiones, vbi haec quam maxime agitur, debere transferri. Iam vero theologia continet sententias et disputationes doctissimorum virorum, qui de religione iudicarunt; postulare igitur, ut suo Marte quisquam de religione iudicet sine doctrina theologica, nihil est aliud, nisi postulare, ut omisis doctissimorum hominum disputationibus, suum quaque ingenium imperitum secutus, periclitetur, et quod ita solet fieri, obsoletos errores repeatat. Sin illud suo Marte omittamus, ac hoc genus e magistrorum auctoritate suspendamus: nec quid dicant doceantue iis relinquimus, nec facultatem recte dicendi et persuadendi. In tanta enim sententiarum de natura et decretis religionis, de sensu sacrarum literarum, aliarumque eiusmodi rerum discrepancy quid tandem docebit homo, qui suo iudicio stare haud didicerit? unde eam animi persuasio nem sibi comparabit, quae requiritur, si quis aliis velit de aliqua re persuadere? Non orator euadet is, sed declamator; et aut rigidus magistrorum suorum satelles, quod subtilitate et doctrinæ copia examinare deberet, animo et ira persequetur et execrabitur; aut incertus et vagus opinionum ventis debet iudicium. Quid multa? Ut conseruetur iudicandi et veri investigandi libertas multo sanguine parata, curandum est, ut sint quam plurimi, qui possint de religione perite iudicare et quaecunque profecantur explorare. Nam quo.

plures sunt, qui aut non vtantur ista libertate, aut ea imperite abutantur; eo magis verendum est, ne eam amittamus.

Similis est ratio eorum, qui iura tuerunt et administrant. Sunt legibus adstricti. Sed has leges non solum ediscere et conceptis verbis recitare, sed secundum incredibilem legum copiam, quid in singulis personis rebusque iustum sit exputare debent et iudicare; quumque eximiae sit subtilitas, discere iuris praecepta, quae sine perceptis multarum notionum subtilibus differminibus ne intelligi quidem possunt: tum in iure ad vitam transferendo maior etiam subtilitas et circumspectio adhibenda. Etenim vis et sententia legum partim latius patet, partim angustioribus limitibus circumscripta est, quam verba videntur praese ferre. Ut igitur leges ad singulas actiones iudicandas recte et prudenter transferantur: Themidis sacris rite initiati esse debent iuris interpretes, qui non modo saepissime disputare solent, quo quaeque res nomine vocanda sit, quae videtur Grammaticorum materia; sed etiam saepe incident in quaestionem de ciuitatium iuribus ex antiquitate repetendis, de iure naturae aliisque rebus, quae partim ab historicis partim a philosophis doctissime et subtilissime anquiri solent; in quibus ridendum se propinat, qui scientiae humanae indolem et naturam haud perspexit, de eaque iudicare non potest.

Medici autem, quum morborum remedia remediorumque viuum indicare debeant ciuibus suis: tenere debent et genera morborum, et signa, et causas, et quo quaeque causa remedio modoque tollatur. Iam vero omne illud, quod corpora humana male habet, multiplici notionum comprehensioni includi potest et inclusum est, et causae, quibus morbi continentur, modo pluribus modo paucioribus possunt generibus describi. Nempe quo pauciora genera constituantur, tanto maior est in quoque genere formarum numerus et disrepantia, quae non veritatem ipsam attingit, sed subtilitatem cogitationis utilitatemque praeceptionis. Medicus igitur, nisi de scientiae humanae natura, causis et virtutibus recte iudicare, modum cogitandi a rei veritate distinguere, et quibus quisque cogitationis modus virtutibus praeditus sit, aut laboreti vitiis, aestimare diccerit: verendum est, ne rationali medicina, quam experimentorum notitiae adjungendam esse omnes putant, in perniciem hominum abutatur, et ad pastorum anuumque temeritatem et periclitatio-

tationem scientiae et artis opinionem adiiciat, et ius quoddam vitas necisque eo atrocius, quod, quum docentium sint inspectores multiplices, de iure autem multi iudicent et iudicata etiam atque etiam retractent, medico fere soli et vni aegrotantium salus et vita tradatur et tradi debeat Quod, quum medicorum dignitatem et auctoritatem admodum auget, tum iis imponit summannam in colenda mente et aciendo iudicio religionem, ut merito admireremur maiorum nostrorum sapientiam, qui in Chirurgo, cuius ars in rebus adspectabilibus versatur, doctrinæ subtilitatem haud requisiuerunt, sed medicum doctrinæ studiis eruditum esse voluerunt.

Si quis mihi obiecerit, multos sine iudicandi subtilitate a liberalium artium studiis profecta magna cum laude funetos esse et fungi doctorum munieribus: primo hoc quaererem, nonne laudem multo maiorem consecuturi et utilitatem multo maiorem ciuibus allaturi fuissent, si ad ingenii ipsorum praestantiam disciplinae rationisque expolitio accessisset; deinde, ne alienae disputacioni inhaererem, concederem, istam iudicandi facultatem non *omnibus esse necessariam*. Sed contendere etiam atque etiam, non ad praceptorum sine scholasticos sive academicos, nec ad scholarum institutionem hanc sententiam admonitionemque pertinere, sed ad eos, qui munera et honores consequi cipiunt, aut hominibus tribuunt. Si qua sunt munera, in quorum administratione subtilitas iudicandi necessaria non est, ii habent gratulandi et lactandi occasionem, qui istam facultatem adepti non sunt, et adipisci haud potuerunt. Sed propterea non sunt instituendae scholae, quibus caueatur, ne ad limiti iudicii subtilitatem alumni perueniant. Neque enim ineptum nec inutile est, qui eam non plane consequantur, elaborare in eo, vt consequantur; nam est aliquo prodire tenus, si non datur ultra; ac totum hoc genus eiusmodi est, vt non modo quod necesse est emi debeat, sed etiam id, quo opus est. Pertinent enim haec talia ad tuendam dignitatem, ad munerum amplitudinem, ad graues quosdam in vita humana casus, ac si minus ad ipsorum munerum administrationem necessaria putantur: expetenda tamen sunt ad tollendam femevitatem. Nam ii quoque, quibus necesse non est iudicare, iudicant et dicunt, ac vt quisque imperitissimus est, et a iudicii subtilitate alienissimus, ita maxime fertur ad iudicandum, et ad dicenda ea, quae ignorat, i. e. non recte tenet, et imperite inuenit. Contra ea vt quisque maiorem consequitur iudicii facultatem, ita cautior evadit et in dicendo circumspectior.

Quocir

Quocirca de docti hominis definitiose proposita, ac de facultate ad quodque munus administrandum necessaria, vt cunque visum est, quisque existimet; nam hoc, quod nostram rem continet, concedatur necesse est, qui aut docti eximio quodam sensu evadere cupiunt, aut ad munera publica doctis adhuc propria aspirant, eos in scholis et academiis ita esse instituendos, vt nisi ingenium aut industria defuerit, ad iudicandi de humana scientia facultatem perueniant, earumque rerum facultatem consequantur, quae sunt ad hoc iudicium necessariae. Consequi autem debent.

I. Diuersarum linguarum facultatem.

At statim obstrepunt, qui theotiscam literaturam vel vnam sufficere putant ad formandos eos, qui rem publicam velint capessere; alii, et si hoc studium retinent, in malis tamen necessariis numerant; malis autem aegre defungimur et quam fieri potest celerrime. Quare et necessitatem huius studii videamus, et num in malis id recensere debeamus. Id autem ita facilime videbimus, si, quid huic studio insit, et quid affectat studiosis, explorauerimus.

Qui igitur linguas discit, discit 1) voces sive articulatas sive literatas, earum genera, formas, flexiones, quantitatem, syntaxin. Siue enim grammaticae linguam discit, vt distinguat haec clare et nominare possit; sive ἀλογωτειβη vt nec distincte haec percipiat, nec nomina teneat, discit tamen id, quod proposui, et grammaticae discere id debet. Qui enim suo Marte est de scientia humana iudicaturus, is linguae naturam et vim bene debet habere perspectam, quod, quomodo sine grammatica facultate, in scholis Philosophorum nata, consequi quisquam possit, non intelligo. — Deinde discit rerum cogitatarum (notionum) copiam et rationem cuique linguae propriam. Nam quod extiterunt, qui linguarum studium angustiori orbi includerent, idque tanquam studium vocalium literatarum (der Woerter) a studio cogitationis et rerum cogitatarum (der Worte) se iungerent, id equidem probare non possum. Ut enim omittam, contra sermonis consuetudinem haec nouari, non ad aptiorem rei cognitionem, sed ad sententiae propositionae confirmationem: haec discriminatione se iunguntur, quae natura ipsa arctissime copulavit, et errores procreantur et teguntur. Ita enim haec res natura est comparata, vt nec vocabula linguarum disci possint, sine notionum in lingua, tanquam in ἐπαρχείῳ quodam expressiarum cognitione,

ne

nec notiones et cogitationes lingua comprehensae percipi queant, sine vocabulorum scientia; vt, qui linguae cuidam operam haud ludicram dat, vtrumque debeat necessario cognoscere atque complecti. Illud per se patet. Quis enim vacuam linguam aut docuit, aut docebit, aut docere potest, sine vhus vocabulorum explicatione, quibus de rebus et quando quodque vocabulum apte dicitur, id est sine notionum et cogitationum informatione. Hoc, et si minus vulgatum et apertum, tamen non minus verum est. Quum enim sermonis cuiusque indoles, partim notatione seu etymolog'a, partim loquendi vslu seu auctoritate, cogitationem afficiat, notionumque comprehensiones descriptionesque, quae salua veritate diuersissimae esse possunt, regat: necessario efficitur, cogitationes adeo copulatas cum vocabulis esse, vt sine vocabulis intelligi et percipi haud possit, et vt omisso vocabulo, quasi soluta compage, conceptus et comprehensionis cogitationis dilabatur. Velut, *) nostri sermonis consuetudo porcorum pilum rigidorem a reliquorum animalium pilis proprio vocabulo. (Borsten) seiuinxit; Latinus vslu et suum et boum et leonum et ex parte certe equorum pilos vna fetarum cogitatione comprehendit, vt, vbi in comparationem harum rerum incident, Latini *discrepantiam* rerum eidem generi subiectarum, Germani autem *similitudinem* rerum genere seiunctarum rimentur. Quemadmodum igitur terrarum situs et descriptio intelligi euidenter haud potest sine tabulis geographicis, sic ambitus et fines notionum percipi haud possunt sine vocabulis; et quemadmodum frustra laboraret, qui antiquam orbis terrarum faciem et regionum fines ad tabulam hodiernae descriptio accommodatam docere vellet, sic frustra laboret necesse est, qui ad nostri sermonis consuetudinem cogitationes non modo antiquorum, verum etiam aequalium nostrorum exterorum velit informare. Si quis, machinae cuiusdam ignotae notitiam et imaginem informare cupiens discentibus, similem quandam proponeret, et hoc vteretur genere dicendi: hanc deme trahem, quadratam hanc tibi finge rotundam, huius longitudini tantum detrahe, et quantum huic detraxeris alteri adde, hanc alio dirige, his ad alteram atque alteram talis formae ac magnitudinis, easque sic statue aut inclina, si quis, inquam, et haec et reliquas machinae partes tali sermone persequeretur: obscure diceret et inepte, vnde tamen ingeniosus homo et phantasia et memoria pollens, quum in rebus adspectabilibus versetur, fortasse proficiat; cui obscuritati vna res medetur, machinae describendae exemplar ac delineatio. Sed qui ad sui sermonis vsum notionum in peregrino sermone *discrepantiam* et *descriptio*

*) Consulto exempla a rebus adspectabilibus duxi; reliquis enim euidentia deest adeo, vt etiam philosophos fallant et logomachiis exerceant.

scriptionem tali oratione explanare et mentibus informare studeat, prorsus nihil proficiet. Machina enim, cuius partes gravitate sua, embolis ac reliquo genere impedimentorum compagiumque continentur, sentium evidenta percipitur; sed notio, (cuius partes aliarum notionum partim generaliorum, partim subiectarum, partim coordinatarum descriptione, ideoque vocabulorum tum etymologia tum maxime usu continentur) omisso aut mutato nativo sermone prorsus dilabitur ac informari non potest. Usus enim voculae orbem quendam et numerum rerum describit et comprehendit, in quas notio cadat seu a quibus notio ducta sit, ac ~~tecum~~ vocabuli in mentem infert eique praecipit similitudinis cognitionis que illarum rerum cogitationem. Itaque mens, quae communia sunt rebus uno orbe comprehensis, anquirit, eaque *uni* generis cogitationi includit, quemadmodum excludit ea, quae sunt singulis rebus propria. Sublato igitur vocabulo ambitum rerum definiti, notae communes immutentur necesse est. Nam, quo latius orbis ille rerum patere coepit, eo pauciores emergunt notae communes; contra ea quo arctius orbis ille coercetur, eo plures notae communes colligi et colligari possunt. Satis hoc constat inter Logicos, vt longa explicatio opus noti sit; coniunctiori autem hoc loco, vt magis appareat, res cogitatas et mente comprehensas i. e. notiones intelligi non posse sine eius sermonis, in quo natae et comprehensae sunt, cognitione et scientia. Itaque satis appetet, qui studium linguarum ad solam vocabulorum materiam pertinere dicunt, eos res a natura arctissime coniunctas cogitatione distrahere ac diuellere. Quum tamen saepe fiat ac fieri debeat, vt res natura coniunctas in animo tantummodo cogitatione seiungamus: haud reprehenderem illud institutum, nisi rerum natura seiunciarum confusionem ac multas in cogitando fallacias erroresque afferret. Quum enim linguarum studia studio rerum opponi soleant: fit isto sermone nono, vt studium notionum ac cogitationum, quas arctissimo vinculo cum verbis natura copulauit, inde autum, studia rerum addatur, a quibus evidentissimis signis natura cogitationem et notiensem seiunxit; qua translocatione efficitur, vt notiones rerum ac res ipsae confundantur; vt qui nouum quendam cognitionis modum sibi informant eumque verbis explanant, si tibi aliquis videatur de ipsis rebus ac rerum veritate disputare, quae falsa opinio non modo professioni docti hominis maxime contraria, sed etiam veri investigationi inimicissima est. Deinde fallit nouatus hic sermo homines antiqui usus memores ac ipsos passim notitatis auctores, quium alii in rebus, velut in vero de versionum natura iudicio, tum maxime hac in causa non. Nam vbi nouum hoc linguarum studiorum in grammaticis rebus, vince occupatum tanquam exile eleuauerunt, hanc accusationem ad linguarum studia omnino, quae in malis ponunt, et ad ea

Graecas

Græcae Latinaeque linguae studia, quæ in scholis regnant, transferuntur; par-
temque horum studiorum vberissimam sineulla ratione idonea tacite exulare iti-
bent. Illud enim, quod probabili oratione effici posset, haud dixerim, eos, quum
relinquant hanc partem, eamque adeo commendent, imitari scholasticum illum,
qui natandi studium retinuit, sed, antequam natare didicerit, aquam attingere
noluit. Itaque, in linguarum studio recte vtrumque possumus, et vocabulo-
rum et cogitationum cognitionem. Si quis tamen, quum grammatica pars co-
gitatione possit a notionum explicatione et informatione sciungi, pertinacius
illud discrimen defendat; teneat id per me licet, hoc tamen concedat, cogitati-
onum in peregrina lingua natarum expressarumque studium tractari non posse,
nisi peregrina lingua ipsa discatur.

His praemunitis facilius videbimus, quid discrepantium linguarum studi-
um doctrinæ studiosis afferat. Apparet enim, ad omniem docti hominis ope-
ram mentem hoc studii genere optime præparari. Vnam operam esse intelli-
gendi, alteram quaerendi et cognoscendi, tertiam decernendi, supra vidimus. Sin-
gulæ autem hæc operaæ diuerlatum linguarum scientia egregie adiuuantur. Fa-
cit enim hoc studium

1) ut cuiusque voculae formalaeque nim ac potestatem distinctius definitio-
riusque mente concipiamus. Vitæ consuetudo linguam patriam ita docet, ut per-
cipiator, ubi, quando, quibus de rebus, quo consilio, cur quodque vocabulum
vel enunciatum adhibeat; quem linguae usum, qui recte vereque accepit, is
ad vitam communem a sermonis scientia satis instructus est. Nam vitæ consue-
tudo res et negotia tractat, ut versari in vita commode possit, qui vera rerum ne-
gotiorumque nomina percepit. Sed ad peritum de scientia humana iudicium
parum hoc est. Ita enim mens et attentio non ad notitias (*conoscendas*) menti
impressas, sed ad res ipsas conuertitur, notitiae vero cum vocabulis confundun-
tur. Itaque, si hominem literarum studio haud eruditum interrogaueris, quid
vocula quaedam significet; aut digito demonstrabit, aut enumerabit singulas res,
vocula illa nonnatas; si interrogaueris, quae mentis notitia indicitur vocabu-
lo, aut quid sit id, quod proponitur: aut non respondebit, aut non satis apte;
eam enim rem, quam ex eo quaeris, etsi in mente habet, tamen non obseruat
ut ipso et intellectus. Hinc fit etiam, ut vulgaris consuetudo multa habeat syn-
onyma; nam a quacunque demum notione niente percepta rem ipsam indicaneris

vocabulo, in eius rei cogitationem, si visus fert et impellit, mens deducitur. Quamvis autem, si vel in uno sermone patrio mens subtilius versetur, multa possint selenymorum intelligi discrimina, ac ita, quas sit cuique voculae adiecta notio quodammodo percipi: id tamen diuersarum linguarum comparatione, melius magis et amplius fieri potest. Eatenus enim patrius sermo solus hoc in negotiis adiuvat, quoad ipse a diuersis notionibus eandem rem indicat; idque sufficit ad detegenda synonyma, sed non sufficit ad circumscribendam suis limitibus quamque notitiam et vocabuli significationem. Nam si qua res aut ab una aut a paucis notionibus in patro sermone significatur, reliquae ab eadem re ductae notitiae, quarum pars in est magnus numerus, vni aut paucis istis adhaerescunt, ac nostram scienciam effugiant; quo sit, ut imperiti homines in verbis multo plura cernant, quam verbis inest. Sed diuersarum linguarum studium egregiam hac in re operam praestat. Nam, quum in aliis linguis ab aliis notionibus res sint indicate et nominatae, diligenti linguarum comparatione inter se, quae vertendo institui solet, efficitur, ut quae sit definita et peculiaris cuiusque vocabuli vis et notio appareat.

Quemadmodum autem diuersarum linguarum studium hoc nobis afferit, ut quas vocabula et formulae significant notitas menti impressas distincte intellegamus; sic efficit, 2) ut subtilius perfectiusque distinguamus notionum uno vocabulo significato in varietatem et passim diuersitatem. Constat inter omnes, uno vocabulo plures notiones indicari, notionesque uno vocabulo copulatas partim inter se confundi, partim adunari, partim communis quadam nota, tanquam genere, comprehendit. Harum nottiarum distinctio quam difficilis sit, neminem fugit, qui unquam perire docuit; sed ita apparet maxime, si reputemus, Graecos imprimis, qui animum ad philosophandum primum applicarent, ad opinionum portenta delatos esse, ac postea quaque, etsi viderent, inepte ea statui, tamen in explicandis sophismatibus multo frustra laborasse, idque propterea, quod e notiōnum uno vel uto indicatarum confusione acre se expedirent. Nam obseruata verborum ambiguitate et notiōnum similiūm confusione ludus est, istas tricas extiricare. Huius autem ambiguitatis detegendas vias complures indicauit Aristoteles Top. I e. 13. p. 283. sij. Sylb. praetermissas et neglectas, a Logicis nostris, sed unam eam que faciliū ac certissimā latissimeque patentem praetermisit, diuersarum linguarum comparationem. Nam vis vocabulo unius unius linguae distincte percepta, non omni ex parte respondet potestati vocabulorum alterius, idem vocabulū saepius occurrēns aliis atque aliis vocabulis reddi debet, ne lingue visi repugnemus, ut tali modo vel Hebetoribus appearat, quanta sit in uno vocabulo significatio.

significationis varietas. Lexica euoluantur, aut memoria repetatur eorum laces, vt verissime haec dici quisque videat. Nemo autem arbitretur, significations omnes, quas lexicographi distinguunt, dixerunt et a prima significatione deducunt, ita esse distinctas ab iis, quibus lingua patria fuit aut est; coelecunt eae potius in unam quandam cogitationem quasi versicolorem, quae cogitantem fallit et in angustias conicit. Qui insigni quodam exemplo hoc discere cupiat, si Graecae linguae peritus est, vertat multas nostrorum philosophorum disputationes de voluntatis libertate in Graecum, (nam Latina hac in re magis etiam quam nostra ambigua est,) ac ita deprehendet, philosophos, quem intellexissent, virtutem et imputationem esse non posse, nisi homo libere (*excusios*) egerit, virtuti metuisse, si hominem causarum nexus implicarint, ut nequeat libere (*euodegas*) agere, aut si auxilio quodam ad efficiendam virtutem et voluntatis constantiam indigere eum concederint, quia tali modo non agat libere (*autexcusios*), hec, inquam, deprehendet, in vertendi negotio tamen parum proficiet; nam ubi in eos locos inciderit, ubi libertas ex his notitiae congregata, vel libertas omnino commemoratur, frustra Graecam linguam excutiet, ut aptum reperiat huic Latinorum Germanorumque commento vocabulum. Quare negari non potest, diversarum linguarum studio, ac vario vertendi conatu non modo multa huiusmodi notionum discrimina sentiri, sed etiam acumen, ut facile sentiantur, comparari. Quamquam autem distinctiones subtiles per se nec in laude nec in vito poni debeant: permultum tamen interest sentiri discrimina, ut facultas subtiliter distinguendi omnino laudabilis sit. Ita demum hoc in genere peccatur, si discriminibus intellectis sine iudicio abutamur, et quod ad explanandas questiones difficiles comparatum est, ad eas miscendas impedientesque transferamus. Facultas autem haec doctis imprimis necessaria est. Nam qui non sentit notionum discrimina, is dum idem retinet vocabulum de eadem re dicere sibi videtur, et quod uno modo recte dici intellexit, id ad alium sensum imprudenter transfert, ut quatuor pedibus argumentationes male incedant. Deinde, qui debet iudicare, quis sit optimus cogitandæ rei modus, id quod in docti hinc i. nis officiis esse vidimus, is iudicare quoque debet, quae notiones commode possint una cogitatione comprehendendi, quae in plures debeat distribui, et quid ex comprehensione et sciuunctione tali consequatur: id autem iudicare nemo poterit, cuius acies notiarum discrimina non distinete affequatur. Denique interpretandi facultas quæ poterit esse sine hac subtilitate? Omnis cogitatio et notio ad auctoris similitudinem diligentissime exigenda est; omittenda sunt notiae singulariae, quarum vestigia in auctore haud apparent; addenda sunt esse, quae in nostra desiderantur; enuncianda sunt e nostra mente notæ omnes, quae absunt.

quo minus auctoris cogitationem percipiamus; quorum fieri nihil a nobis potest, nisi subtilem quandam adepti fuerimus distinguendi facultatem.

3) Tertius isque eximus fructus e diversarum linguarum studio percipi potest, ut discamus cogitationis modum a re ipsis discernere. Aperit enim, et vnuum hoc studium euidenter aperit, quam variae notiones humana mens e rerum natura sibi informari; quam varie id, quod a natura et rebus ipsis menti impressum est, humanae solertia comprehendenter, distinxerit ac in omni mente disposuerit et adornauerit. Adiuuat nos hac in re quadammodo patrius sermo, ut nunc est. Multam enim iam continet et accepit cogitationis discrepantiam ac diuersas imprimis philosophorum disciplinas. Sed nec satis late patet hic usus, nec habet necessarium in hac subtilitate euidentiam. Etenim ad earum tantum rerum distinctionem valet, quae ita sunt doctorum hominum disputationibus agitate et excusse, ut a diversa ratione disputatio insitueretur; in reliqua rerum copia nihil prodest. Euidentiam autem necessarium in una lingua haud assequimur, primo quia idem vocabulum et rei ipsius signum est, et notitiae menti impressae, id quod eo maiorem afficit distinguendi difficultatem, quod ipsam rem non percipimus mente, nisi per notitiam. Vnde sit, ut qui singulas a re in mente informatas notitias aliter descriperit apud se, et aut seiunxerit, quas copulare solemus, aut copularit et adunxit, quas seiungimus, is a vero videatur aberrasse, quum e repugnantibus sententiis una tantum vera esse possit. Plane aliter haec se habent, si diuersas linguas contendimus. Ita enim exdem res ipsa diuersa habet nomina, velut digitus et Finger, Seta et Borste, oculus et Auge^{*)} sed notiones vocabulorum diuersitate discernuntur. Alia enim est notitia digiti, alia des Fingers, vtraque tamen ad eandem rem ipsam, digitum in manibus, referunt; vi euidenter appareat, discrepantem esse posse, salua veritate, notionem rei et cogitationem. Recte igitur dicitur, homines viginti digitos habere solent; et die Menschen haben zehn Finger; Sed qui nouata Germanica cogitatione et oratione eaque ad Latinam composita dicere auderent: der Mensch hat zwanzig Finger, is a veritate ipsa stupidus. Sime rideretur, aberasse. Deinde qui diuersas linguas recte dicit, is hanc discernendi facultatem exercet, et acuit in rebus adspectabilibus, ut huc acutum in rebus sola mente comprehensis. Certo et firmo statim unus vero sermo patius primo in rebus adspectabilibus, in quibus nulla soleret esse eiusmodi cogitationis discrepantia, nullam facit huius excitationis cipiam; deinde in rebus ab adspectu remotis implicatis et impedit philosophos ut certi-

^{*)} Secundam nostrum sermени lacrimae edunt aus den Augen; tandem lacrima effunduntur genit. Nempe Latinis alia est eaque subiliior faciei deseriptio.

certationibus, et ipsi si quoque verum defendere nobis videamur, dum nostrum dicendi usum defendamus, et unde rebus ipsis pugnari nobis videatur, ubi omnis pugna de cogitatione et notionibus instituitur. Itaque tanquam proprium quoddam et eximum munus studii iure nostro id commemoramus, quod nos docet, cogitationis modum a se ipso discernere. Quae facultas quam sit necessaria doctis, non est cur multis verbis demonstrem. Is enim, qui rem ipsam e diversis cogitandi modis expedire, et quis sit optimus cogitationis modus iudicare debet, minime potest hac facultate carere. Neque haec facultas ad solam quandam subtilitatem perfinet, sed ad ipsarum rerum in vita tractandarum normam et constitutionem. Multa enim, quae prudentissime monentur et suadentur, inani quædam et tamen euidenti subtilitate impugnantur ab hominibus, qui, quum notiam in mente sua pro re ipso habeant, rei repugnare aut proprium esse putant, quod soli notioni proprium est aut repugnat. Sed quem reliqua doctorum numeraria hanc facultatem postulant, tum vel maxime interpretandi firma facilis. Nam non sufficit sentire, qua in re auctoris mens a nostra discrepet; accedere ad subtilem hanc animadversionem debet ea mentis quasi *Utopias* et *Cœlestis Molitudo*, quæ facile ad cogitationem alterius alectatur, ac, suarum notionum immemor, in mentem auctoris penitus se insinuet et penetret; cui virtuti inimicus natus est error eorum, qui, quum res cogitatas ac in mente descriptas pro rebus ipsis habeant, aberrationem a vero sibi videntur comprehendisse, vbi cuncte in rerum cogitatarum discrepantiam inciderunt, ac ita ad disputandum multo sunt quam ad discendum paratiiores.

Quartus usus plurium linguarum scientie in *historia notionum et cogitandi modorum* cernitur, ut, quo tempore et quibus de causis quæque orta sit, appareat. Quam enim multi minutam et exilem putant operam philologorum, quo tempore et cur quodque vocabulum, aut ipsum effectum, aut quadam vi sua adhiberi coepit, expotantum, ea opera, eti ad huius puritatem sacpe et vulgo vnicce transferatur, tamen subtilissimam continet notionum et cogitationis historiam; in qua ad iudicandum et ad inueniendam cogitandi legem et prudentiam momenti plurimum est. Nam cogitatorum nostrorum magna pars non ab ipsa natura aut contemplatione in nostra mente formata, sed e perigrinis linguis in nostram linguam mentemque translatâ est, ut non cognoscerimus res a natura, sed eas, aliunde acceptis notitiis, cognitas agnosceremus, et non ipsa natura in mente formaret notiones, sed et informatas a doctoribus, ad naturam contemplationem afficeremus. Quae quoniam ita sunt necessario efficiunt, lin-

gram, si qua nata sit quaeque notitia, et cognitam esse operiere, qui de notio-
niis inde eiusque ad naturam respectu recte velit iudicare.

5) Quisquis usus ad illum pertinet et ad consequendam patris sermonis
facultatem accuratam et subtilem. Nolui meis verbis hoc explicare. Qui dubi-
tantes legant, que Cicero de his studiis exposuit de Oratore L. I. c. 34, et
quac Plinius Ep. VII. 9, ac Quintilianus L. X. c. 5, praeciperunt, nec dubi-
tabunt, quin ut ait Plinius, intelligentia ex hoc et iudicium acquiratur. Hinc
factum est, ut Klöpstockius, Wiliandus aliquae egregie adiuarent et locupletarent
sermonem patrium, alii vero, qui antiquitatem in ore potius quam in mente ha-
bent, ampullas et sesquipedalia verba prolixerent, ut isti multa incognita nostris
hominibus nota sermons explicarent, hi res satis cognitas nouitate sermonis
obscurarent. Extiterunt quidem, qui alias linguae studium adeo officere puta-
rent patris sermonis facultati et puritati; sed parum memoris tritae sententiac,
contraria iuxta se posita magis elucidebant, miras curusdam loquacitatis ad Gram-
maticorum morositatem exactas potius, quam verae ac genuine eloquentiae auto-
res videntur extitisse.

6) Ultimum comminemoro eum fructum huius studii, quem aut se-
renum ei multi nunc relinquent, aut tanquam precipuum primariumque
nominant, quod aditum ad librorum peregrina lingui scriptorum letctionem
nobis aperit. Hunc esse fructum huius studii, concedunt omnes; Sed mulci-
putant, laboriosum ac taedii plenum iter ad fontes ipsos suscipiendum non esse,
quoniam multo vberiora possit et aquilis obuiis inde deriuatis hauriri. Hac enim
similitudine abutitur, qui linguarum studia deprimit. Quemadmodum autem,
qui hauriunt, quod pecori et iumentis praebant, aut qui nauigare cupiunt aut
molam aedificare, fontes ipsos non curant, il vero, qui potum hominibus quæ-
ruunt, aut aquarum salubritate sanari, aut quibus tandem e fontibus Nisi vberitas
descenderit siccere cupiunt, omissa ea copia, quam multarum rerum admisso infre-
coit, ad fontes ipsos longis passim et molestis itinribus accedunt; sic e deriuatis seien-
tiae humibus ali hauriant, sed qui iudicio et auctoritate praetire ceteris homi-
nibus et huminam scientiae sitim explorare volunt, his ad ipsos fontes redendum est.
Nam qui versiones crepant nec verborum naturam nec docti hominis officium re-
putant. Neque enim is doctus est, qui qualemcumque multarum rerum scientiam, et
quid multi homines de re quatuor dixerint et exegitauerint collegit, sed qui de re
propo-

proposito, quid optime verissimeque statuatur suo Marte recte iudicat. Hic tali homo versiones commendat, quia, tanquam commentarii perpetui, intelligentiam auctorum adiuuant; quia comparationi duatum linguarum utilissimae servient; quia hominibus indoctis ad qualemunque rerum ipsarum scientiam profundit; quia laudabile sunt documentum ingenii et artis interpretum; sed acquiescendum sibi in versionibus esse minime putat. Ipse enim primo querit diversitatem notionum et cogitationis, deinde nou modo id agit, ut discat, quid reperiatur in auctoribus, sed etiam, ut videat iudicetque, num id, quod dicitur, vere in iis reperiatur. Neutrum autem versionum lactio ne potest consequi nisi illud consequi nemo potest; nam versionum professioni ipsi contrarium est. Interpres enim hoc agit, ut quod auctor ad suae linguae indolem accommodate dixit, id ad alias sermonis indolem accommodare eloquatur. Itaque quo melior est versio, eo magis perierunt et induxerunt omnia, quae peregrinum sermonem arguunt, et quae naturae lingue proprietas ad cogitationem auctoris partim excitandam partim moderandam attulit. Inducta igitur etiam est notionum conformatio, quae a vocalibus se ungi non potest. Nempe eae res, quas ipsa natura sine humanae mentis interventione procreauit, dubium non est, quin ex via lingua possint in aliam transferri; sed cogitatae res et quae sunt ad cogitationem hominum elaboratae earum pars longe maxima transferri non potest; et qui in his transferendis et exprimendis elaborantur agunt aliud, quam qui aut bullas saponatas, quas natura gloriosas fecit, cubiculas reddere, aut bellaria, quorum rotunditatem dulcarius pistor multis finibus angulisque variauit, triangulae forme imprimere conentur. Nam partim disparent tanquam iste bullae cogitatae, vbi ipsi linguae propria sunt; partim, si qua subest materia, ut res hanc inaniter sit cogitata, ita certe innutritur, ut non facile agnoscantur. Hinc sit, ut philosophorum libri, in quibus subtilitas et modus cogitandi maxime agitur et excutitur, ne tolerabilius quidem possint converti, et ut versio huiusmodi librorum multis in locis cauisque mutat aliud, nisi argumentationum eius. Quemadmodum autem magistrorum nomina ab institutis nostris abhorrentia dudum videuntur decti in versionibus refinenda, ut et apte eadant, quae de his magistris dicuntur, et ad eundem magistrorum referantur; sic indies magis videbunt, notionum a philosophis ventilarum nomina et cum his nominibus cuncta reliqua verba retinenda i.e. ipsa philosophorum scripta legenda esse. Si quis enrebet peruenire, ut non dicamus eos recte iudicet, sed ut eos recte intelligat. Primum igitur, quod maxime expedit et querit, qui se sit, quid sit in peregrinis linguis quaerendum, in versionibus non culpa quadam interpretum, sed ex ipsa eorum professione et vertendi lege,

lege, si uita quaeritur. Hinc etiam prudentissimus quisqua si cuius libri versio sola restat, aut si ipse auctor alia lingua cogitando alia dicendo ysis est, diligenter studet ipsa auctoris verba, quæ aut interpres reddidit, aut ipsius auctoris menti obuersata sunt, conjectura assequi; vt ita ad auctoris mente via certiore perueniat. Alterum autem, quod supra proposui, vt iudicetur et exploretur, num vere sint in aliquo scriptore peregrino, que inesse dicuntur, non magis postulum versionum solarum ysu consequi. Nam ubi versionem recte intelleximus, quod ipsum passim fieri non potest, nisi auctarii verba consulamus, non mentem auctoris alleculi sumus, sed opinionem interpretis sive veram sive fallam de auctoris mente; vt interpretis, tanquam testis cuiusdam, finem ante aestimare debeamus, quam eius auctoritatem pro auctoris ipsius mente accipiamus; quae aestimatio certe nulla est, nisi linguam auctoris calleamus, eius verba cum versione comparemus et quam diligenter, quam perite in suo negotio versatus sit, investigemus. Nam si interpreti sine tali examine crederemus, ineptum et ridiculum πάθος pateremur, vt de mente auctoris propter opinionem de iudicio cuiusdam, ad opinionem cuiusdam de mente auctoris, quandam nobis opinionem informaremus. Cui haec generalia non persuadent, quam sit incerta res versio, is haec singularia reputet. In verbis auctoris est ambiguitas, quæ ob repugnantem lingue indolem versioni imprimi non potest. Est in versione aliqua ambiguitas, idque eo magis, quod interpreti verborum auctoris memori hisce intento nulla inesse videtur; male se habet aliiquid in textu, sive libriorum sive typographorum culpa, quæ vel vniuersitatis vel apicis innotacione corriguntur, *) dum in versione non modo vox dissimillima sed passim etiam alia plane formula adhiberi, ac erroris vestigia oblitterari debent; denique ipse Interpres aberrauit partim vocalium confusione, partim veræ significationis ignoratione, partim consilio, dum pro rebus a nostris moribus abhorrentibus nota nobis et visitata substitueret; in quibus singulis quum toties sit ab interpretibus erratum; **) quis tandem poterit, si verba auctoris extant, in versionibus plurimo cultiori manus inducere et colligere exactitudinem apud nos eum.

*) Velut in Nicarchi Epigr. XIX. (T. III. p. 63. Anthol. edit. Lips.) Phidias avarus non mortem deplorat, sed quod loculam quinque minis emere debocrit. Hunc loculum, poeta inquit, ci donare, καὶ οὐ τόνος ἐστὸν εὐαὐτῷ, vnam ex multis eius natis simul iniicie. Excell. Jacobs hoc frigidum purat, idque haud dubie verissime; iunctio propositus ineptum est. Quid si legatur: καὶ οὐ τόνος ἐστὸν εὐαὐτῷ, et velutare, quas adeo avarus expetit, insint, vnum natorem (τόνων) insuper addit?

**) Diodorus L. XIII. c. 86 m, Carthaginenses quondam Neptuno πάθος λέγεται, multas hostias, in mare proleccisse. Interpres, quali legewy legeretur, sacerdotum

acquiescere. Tanta haec est injuria ac temeritas, ut merito rideatur, qui ob
temerariam hanc fiduciam in erroribus teneatur. Versionum solarum usum ig-
nitur iis relinquamus oportet, qui otii consumendi causa legunt, qui rerum gesia-
rum commemoratione delectantur, qui artem qualemque magis, quam rerum
veritatem sequuntur. Sed qui dum literis student suum negotium agunt, qui, quam
vere et bene quidque dictum sit, explorant; qui iudicare debent et volunt, si
ipsos autores peregrinos legant, suis oculis cernant, ipsi explorent materiam,
cui suum iudicium superfluant quotiescumque aut necessitas est decernendi aut
voluntas. Alias haud dissimulent, sed candide profeantur, quae et quasm in-
certa sequuti sint. Nam, quo plures lecta et audita sine exploratione refutent,
eo crebriora errata et tanto importunior opinorum temeritas mentem homi-
num peradun. Itaque quum nihil sit turpius, quam cognitioni et perceptio-
ni assensionem approbationemque praecurrere, tum nihil est scientiae et verita-
ti perniciosus.

Quae quum ita sint, non possum equidam, quin diuersarum linguarum studium doctis hominibus necessarium putem, ac eas linguis a quoque discendas censeam, in quibus sua cuiusque disciplina partim nata partim immutata et aucta sit. Quae enim contra monentur minime rem mihi persuadent. Potius eam fundatum, in quo extorta est copiosa disputatio, vanum est et commentatum. Quum enim res et verba ita opponerent, ut notitias menti impressas rebus adderent, verbis autem praeter suum sonum et materiam nihil reliquerent: mihi non est, incommoda hac et effecta notionum descriptione in errores eos esse abiectos. Hac enim notionum distinguendarum subtilitate in eam rerum confessionem inciderunt, vt res ipsas et notitias rerum menti impressas miscerent, et, quod huic confusione consentaneum est, statuerent, diuersis linguis studere nihil esse aliud, nisi eu dem idea diuersa signa addiscere, quem errorem longe gravissimum ac omnes scientiae humanae rationes perturbantem nisi forte vijus Lexici adspectus, vobis certe antiqui philosophi lectio potuisse ex mentibus eorum proflus excutere, vt, quam apta sit ista notionum descriptio quaerere maluerint, quam contra

verit. Hinc Auctores Histor. Vniuers. T. VI. §. 455: Auf seinen Hamilcars) Befehl wü de auch Neptun belästigt, und verschiedene Priester, als die angeblichsten Opfer für diese Gottheit, ins Meer geworfen. Addiderunt igitur p[ro]p[ter]a p[er]g[ra]m[ati]o[n]es cauam instituti Plura interpres errata indicavit in Ocelli eis iōnē. p[er] 123-199 p. 355. p. 421 sqq. p[er] 426 sqq. Multa et satis lenida indicavit Rottlin de la man d'enseign, et et. desb. I. T. I. p[er] 269 sqq. Renellum autem in Herodoti Geographiam diligenter inquirentem saepe esse Graecae linguae imperitia deceptum, doc i obseruarunt.

diuersarum linguarum studia disputare. Ab hoc errore autem omnis reliqua disputationis profecta est et probabilitatem mutuatur; nam qui hunc errorem admittit, is, vt in omnibus disputationibus, singulas poterit sententias immo formulas minus caute propositas carpere, summam autem rei minime euertet. Ne illud quidem quod per se satis evidens est, admisso isto errore, recte reprehendet, quod, quum negent peregrinarum ideoque diuersarum linguarum studium ad formandum intellectum valere, non de intellectu docti hominis, cuius cognitioni iudicio et delectu scientia subiecta est, sed de populari intelligentia, de sensu communis, de agendi et viuendi prudentia loquantur. Nam qui illum errorem errat, vana hac specie impeditur, quo minus docti hominis officium, quale sit et quam facultatem viamque cogitationis postulet, recte cernat; deinde, quum lingua alma sua parte spoliarit, eique sola vocabula vocabulorumque flexiones constructionesque siue intelligendas siue memoriarum mandandas reliquerit: mirari non debemus, si hoc in studio ad alendam singendamque mentem non plura, quam in nucium cassarum tractatione, inesse putant. Acumen enim et exercitatio, quam vocularum inter se comparatio et Grammatices studium affert, quum vel unius ac patrii sermonis tractatione comparari potest, tum inutilis videtur hominibus publicam operam profitentibus, vt philologorum curae et otio iure hoc studium committi videatur. Quemadmodum autem hic error diuersarum linguarum studium tollere studuit, quod post Gesneros, Ernestios, Garuios, alias que iure mirarunt: ita diligenter et subtiliter hoc studio errorem istum grauissimum sublatum iri confido.

Quodsi autem docti homines diuersarum linguarum facultatem consequi debent: dubium non est, quin in scholis et Gymnasiis eam debeant consequi. Etenim eiusmodi est, vt methodum catecheticam, colloquia cum discente, et discentium elaborationes et exercitationes necessario postulet; quo genere docendi publici doctores in academiis nec vntuntur, nec vti debent (conf. Part. VIII. p. 62. et Hoffbauer über die Perioden der Erziehung p. 15. lqq. et p. 51. sq.) Deinde doctor academicus interpretatur libros Hebraeos, Graecos, Latinos, aliosque, ablegat auditorem ad libros peregrino idiomate scriptos, unde vberiorum disputationem, aut demonstrationem doctorem petat; laudat testes rerum, qui peregrino idiomate scripserunt, ac alia facit permulta, vnde fructum percipere nemo potest, qui plurium linguarum facultate instructus non est. Vtique igitur argumento, quo olim (Part XII. p. 8) rem scholasticam ab academicis sciungi vidimus, diuersarum linguarum studia scholis commendantur, vt in primaria scholarum materia iure ea ponantur.

De

De pluribus linguis hactenus omnino dixi, et quid huic studio insit disputavi. Sequitur, ut inuestigetur, quarum linguarum facultatem in academiam discentes asserre debeant?

De lingua patria, quam primam nomino, pauca dico. Etenim toties eius studium scholis commendatum est, *) vt non modo taedii plena, sed etiam superuacua sit noua commendatio. Et qui non recte didicit patrum sermonem, is non scholas debet accusare, sed siue suam negligentiam siue suam suorumque morositatem, quippe qui aut non vsus sit diligenter institutione, aut eas scholæ partes et classes, vbi haec studia maxime vigent et vigere debent, haud frequenterat. Quoad autem progrediendum hoc in studio? Quoad te, quantum proficias, haud poenitebit. At, quando hac ex parte maturus iudicandus est, qui ad altiora studia dimittatur? Eum equidem maturum arbitror, qui hominem haud inepte et confuse dicentem definite intelligit; qui ad suae linguae indolent cogitare, dicere, scribere potest; qui Grammatica facultate et vsus loquendi peritia adeo instructus est, vt sine interpretis auxilio libros legere et recte interpretari possit, ac sine magistri corrigentis et errata indicantis opera suo ipsius studio proficere. Non oratorem et scriptorem omnibus numeris absolutum postulo, nec genus dicendi, quod delicatis auribus totum placeat; sed sensum recti, apti et visitati; attentionem et diligentiam in rebus, quæ singulae minutæ videntur, sed collectæ summani rei efficiunt; denique illud iudicium, quod, quum nec facultas nec dicta scriptaque ideae ex præceptis et optimorum exemplis collectae respondent, facile videat præcipiatque, quid fugiendum sit, et qua in re elaborandum.

*) Sunt, qui ita dicant, quasi linguae patriæ studium nuper demum pasum in scholas introductum sit. (Cf Rev. W T. XI. p. 29.) Sed in eo vehementer falluntur. Conf. quæ de Ioaachimo Langio retulit Fr. Gedike ges. Schulschr. T. I. p. 181. sqq. Sub Weisio nostri Gymn. Rectore etiam poësos Theotiscae studia floruerunt. Godofr. Polyc. Müller h. G. Dir. in Progr. anni 1735. ait: „Praeter alia, quæ in Gymnasio nostro publicis priuatisque scholis docentur et exercentur, aliquam doctrinæ partem linguae etiam patriæ ita tribuimus; vt vis eius et natura, puritas et dignitas, scribendi de munis diuersæ formæ, et omnis in prorsa vorſaque oratione cultus idoneis præcep. tis tradenterent.“ Quid? quod vestigia multa sunt, unde appareat, omni superiori seculo patriæ linguae studia partim intentius, partim remissius esse culta. Conf. etiam Joh. Möller Rektoris Flensburg. Programma 1722. (Acta schol. T. I. p. 23. sqq.) et Godofr. Bötgeri Rect. Mühlhus. Progr. 1749. indicatum ibid. p. 93. Godofr. Hoffmanni Kl. Teutsche Schriften. I. p. 107. et passim. Ac Grammaticum Theotiscae linguae studium iam commendatum in Valentini Ickelsamer teutſcher Grammatica, qui liber iam Ao. 1522 extabat. Vide Alg. Litt. Anzeig. 1801. n. 27. p. 253. sqq.

Ad veterum linguarum, Graecae imprimis ac Latinas, studia multis rationibus multi incitarunt, sed exiterunt etiam, qui ab his studiis discentes auocarent. Sunt, qui non dubitent, quin haec linguae summo studio discende sint; sunt tamen etiam numeri, qui patria literatura adeo delectentur, ut antiquam, si minus spernant, utilibus tamet et magis necessariis studiis cedere debere existimant; sunt denique, qui, ut aptam futuris vitae studiis reddant institutionem scholasticam, e promisso Scholarum Gymnasiorumque coetu in academias haec studia doctis propria transferri velint.

Nemo siue antisitum scholarum siue praceptorum, cui discipulorum ad veram humilitatem formatio curae cordique est, hanc sententiarum disceptantiam neglet. Nam, quod recentior est altera, ac a communis et vulgari sententia abhorret, parum est. Tempora mutantur; quae olim prudentissime et utilissime instituebantur, ea inepta et noxia euadere possunt, si in mutationem statu retineantur. Prudentis sine dubio est, incredibilem rerum paruo temporis spatio discendarum multitudinem siue magna quadam necessitate, haud augere et cumulare iis artibus, quae ob vim et materiam paene infinitam sine dubio difficillimae sunt, et multum temporis absument. Atque ab hec principio haud dubie verissimo proficiunt eorum disputatio solet, qui linguis veteres tollunt.

Negari non potest, qui antiquas linguis commendarent, sepe usos esse rationibus, quae aut se infirmiae sunt, aut non amplius valent. Insimiae autem sunt omnes, quae salam utilitatem demonstrant. Neque enim utilia omnia disci possunt ab omnibus. Prudenter delectus habendus est utilium, ac vel in eximia quadam utilitate omittenda essent haec studia, si sint alia utiliora. — Latina lingua et Graeca discendae sunt; sunt enim tanquam claves ad omnem scientiam et ad munera publica. Olim vere dici hoc potuit. Nunc non est omnino verum. Etenim, si res spectamus, quas haec in disputatione sane spectare debemus, negari nullo modo potest, nostrorum hominum scriptis multo vberiora et passim rectiora, quam antiquorum siue Graecorum suis Latinorum scriptis continerunt; ac si quis adhuc latent in his, (latent autem haud pauca) possunt ea prosector, a paucis harum linguarum studiis ac peritis insulcem adspectumque reliquorum proferri. Nec ad munera publica necessaria videtur istarum linguarum notitia. Nam in ipsa munera longe plurimorum administratione antiquitatis scientia non admodum desiderabitur, idque haud pauci agunt, ut inde desideretur minus. Quod autem quasi in atrio munerum ac in examinibus candidatorum om-

mis generis exigitur, id, qui iniquum et absurdum dicat, multi reperiuntur. — Auctorum antiquorum praestantiam celebrant et efferunt, ut ad discendas eorum linguis excitent. Apt^e id quidem, si sunt omnino discendae. Incitamentum hoc est ad cursum persequendum, non ad suscipiendum et inchoandum. Nolo antiquum certamen post Carolum Perrault et Nicolaum Boileau centum annos et amplus agitatum, de antiquis et recentioribus auctoribus vtri praferendi sint, re- coquere; id enim, quum sua natura infinitum et ambiguum, tum ab hac causa alienum est. A rebus enim, quae disci ex auctoribus possunt, dubium nullum est, vtri praestent; Ingenium autem inveniendi et eloquendi, artem et modum tractandi, et omnem formam veterum auctorum, etiam recentioribus praeserant aliqui; in eo tamen multum verborum consumere possunt, vt demonstrent, ista partim abhorrente a nostris moribus et institutis, vt amplius sequenda non sint, partim ad exquisitiorem quandam cultum, et ad artem, ad quam pauci nati sint, pertinere, vt paucis hisce debeat solis relinquⁱ et concedⁱ. — Fontes sunt, unde omnis eruditio manavit; fluui autem siccantur fontibus deficientibus. Verissime. At quis non videt, quam parum apta sit ad rem haec similitudo et imago. Nam ubi noui fontes uberiores proruperunt, etiam antiquissimus fons defecerit aut obstructus fuerit, tamen aquarum copia fluui hanc deerit. Qui domum splendida et munda supellestile ornare vult, non raudia et inchoata opera emit, quamvis sine primo conatu nunquam ars culta et expolita fuisset. Antiquarius ista emit atque conquirit, non ad usum vitae atque ornatum, sed ob caritatem et raritatem ad antiquitatis memoriam. — Seruunt antiqui auctores fingendo ingenio ad omnem humanitatem, ad veri et pulcri sensum, ad ipsam denique virtutem. Non nego ista, quamquam non desuerunt, qui ultimum adeo negarent, vt virtutis et honestatis studio officere antiquorum auctorum lectionem putarent. *) Sed hoc quaeritur, nonne via breuiore ac certiore ad eundem finem possit perueniri. — Antiquarum linguarum studium apte tractatum memoriam exercet, acumen et iudicium acuit,phantasmalit, denique omnem mentem ad omnium literarum studia optime praeparat. Verissime. Sed cum antiquarum haec dos est propria, an communis studio plurium linguarum omnino? nonne communis etiam cum alio genere studiorum, historiae, philosophiae, matheseos? Cur eo praeparationis genere utemur, quod tempus praeripit, impeditque, quo minus studia, ad quae praeparamus, attingantur?

*) Optime Kennet in praef. libri: "The Lives and Characters of the ancient Grecian Poets," ait: "The Good People of Antiquity never benefit us, till we work ourselves with pains into their Acquaintance; and the Bad never corrupt us, but when we court their Company."

Quamquam quid haec conquiero, quae in utramque partem saepe disputata sunt, ac partim mentis ipsius culturam generalius et parum evidenter attin-
gunt, partim opportunitatem ad augendam scientiam urgent; ea expromam,
quae adhuc me impediuerunt, quo minus antiquarum linguarum studia coërcen-
da putarem; quae potius impellunt me, ut recentiorum linguarum studiis illa
preferam ac omnibus ad doctrinam et iudicij subtilitatem adspirantibus etiam at-
que etiam commendem.

Sed indicenda est solemnitas, cuius habendae copiam Amplissimi ac Gra-
uiissimi Senatus liberalitas et humanitas denuo nobis fecit, ad quam praeter ali-
quot annorum morem Latine inuitauit, quum alias ob causas, tum ut disputatio-
ne longa ac ipso tractu suo molestiore citius defunctus ad alia progredi possim.

Vbi igitur breui oratione Theotisca Auditores honoratissimos salutaue-
ro Iisque oratores commendauero,

Carolus Guilielmus Augustus Porsche, Zittauiensis, Merita Ciceronis in rem
publicam oppressa Catilinae coniuratione, *Latine* exponet;

Christianus Fridericus Israel, Neo Waltersdorff-Lusatius, Qualem se Julius
Caesar in bello civili geslerit, *Germanice* ostendet;

Ernestus Henricus Schwabe, Zittauiensis, *Francogallice* Mores Maecenatis
adumbrabit, denique

Carolus Gotthelf Rudolph, Burgholzhusa Thuringus, Num Augustus, quum
sapienter regnaret, virtutes tantum simulauerit? *Latine* disputabit.

Hi omnes ipsi sua elaborauerunt; mea autem corrigendi opera in eo
cernebatur, vt in Israelis quidem oratione singula quaedam verba, et ea quidem
pauca mutanda suaderem, in reliquis vero partim adderem, quae ad rem vide-
rentur pertinere, partim delerem, quae alienora putarem.

Restat, vt *Senatum Amplissimum et Grauissimum, Ministerium Plurimum*
Reuerendum, Collegas Clarissimos ac ex omnibus Ordinibus omnes liberalium arti-
um Fautores humanissimis praecibus inuitem, vt iuuenum studia Sua præsentia,
attentione et sententia beneuola velint adiuuare et excitare.

P. P. Dom. XVIII, p. Fest. SS. Trin. MDCCCLIII.

Gf 4264.8

ULB Halle

002 160 943


3



sb

4018

n. C.



B.I.G.



AD
ATIONEM SOLEMNEM
O MAGNIFICO
NI AUGUSTO
HILo KISLING
GENTI AC COMITI PALAT.
SAREO &c.
ATQUE
II AMPLISSIMO
&
AUISSIMO
OCTOBRI MDCCCLIII.
RA IX ANTEMERIDIANA
L. C.
HABENDAM
ES AC PATRONOS
GYMNASII
A PAR EST OBSERUANTIA
INVITAT
. FRID. GUIL. RUDOLPH.
G. D.
LITERIS FRANKIANIS.

19
20